Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



tis clicus procurs putauit eidem sub executoris nomine quo supra quas-
dam litteras apostolicas super gratia eidem facta per dictum dominum nostrum papam eius
vera bulla plumbea et quendam processum per eas habitum dicti domini executoris
sigillo sigillatis ut prima facie apparebat et scriptis ac signatis manu
signo et sub scriptione talis notarii publici quequidem littere sic incipiunt Urbanus etc
et sic finiuntur Datum etc processus vero sic incipit Reuerendo etc Et sic finit
ante subscriptionem notarii publici etc quibus quidem et processu presentatis et per ipsum
sub delegatis reuerenter receptis idem procurator nomine quo supra dictum dominum
subdelegatum instanter requisiuit ut ad executionem dictarum litterarum et processus auctoritate
predicta diligenter procederet et nichilominus ad faciendum fidem de sua procuratoria quoddam
instrumentum publicum ibidem exhibuit quod sic incipit et sic finit et dictus dominus
subdelegatus tamquam verus obediencie filius dictas litteras apostolicas et processum ibidem coram
astantibus ad sonum campane et alias diligenter euocatis legit denunciauit et
intimauit per me notarium publicum infrascriptum omnia et singula in eis in vul-
gari fecit exponi et ad instrumentum dicti procuratoris ibidem presentis ecclesiam predictam vacantem
per mortem ultimi rectoris eiusdem per ipsum procuratorem nomine quo supra acceptum
ut dicebat eidem sit sibi virtute prefate gratie et nulli alii debeatur de
iure auctoritate apostolica supradicta cum omnibus iuribus et pertinentiis suis contulit et
prouidit de eadem et in canonicum quod sibi de iure non deberetur vigore huiusmodi
gratie dicta collatio et prouisio sibi in aliquo non noceat sed habeat liberum
recursum ad aliud beneficium ratione predicte gratie sibi et nulli alii de iure
debitum ipsumque procurator predicte nomine incorporalem possessionem dicte ecclesie
induxit et per traditionem ornamentorum librorum cordarum campanarum apertionem
et clausuram ipsius et ostiorum traditionem inuestiuit presentialiter de eadem
nomine discrepantem seu opponentem precipiens auctoritate prouisionis et quibuslibet
subditis ipsius ecclesie in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena ut eidem
tamquam vero rectori ipsius ecclesie obediant efficaciter et intendant ac sibi
vel dicto procuratori suo pro eo et nulli alii iura temporalia et spiritualia ipsius ecclesie
integre persoluant Incontradictores et rebelles sex dierum canonica monitione
finitas in dictis litteris contentis auctoritate predicta fulminando de quibus etc

Si inuenerit portam clausam fiat sic instrumentum.

In nomine domini etc eodem domino sub executoris et dicto procuratoris existentibus · 219 ·
ante foris ab extra tamen dicte ecclesie in mei notarii etc dictus
dominus subexecutor auctoritate qua fungebatur a b etc dicta loci et aliis ibidem